



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De episcopo qui per infirmitatem in hebetudinem mentis incidit. cxc.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De Ariminensi episcopo dolore capitis laborante, & in eius loco altero subrogato. Cap. CLXXXIX.

Q Valiter ordinati à nobis sacerdotis, corporis, quia *Ex regist. S. Gre. papa, ca. 238.* notū est, impediēte molestia Ariminensis Ecclesie pastorali haften^o ac sacerdotali sit regimine, destituta, dudū fraternitas vestra cognouit. Quē du habitatorū loci illius precibus permoti sapius hortaremur, vt si de eadem capitis, qua detinebatur, molestia melioratum se esse sentiret, ad suam auxiliante Deo reuerteretur Ecclesiam. Qui datis induciis, in hoc quadringennio expectatur. Qui dum cleri vel ciuium nōsque precibus arguetium instantius hortaremur, vt si valeret cum eis auxiliante domino remearet, datis scriptis supplicatione nos petit, vt quia ad eiusdem Ecclesie regimen vel susceptū officium, pro eadē qua detinetur molestia, assurgere nullatenus posset, Ecclesie ipsi ordinare episcopum deberemus. Vnde quia cunctarum Ecclesiarum iniuncta nos sollicitudinis cura cōstrigit, ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, illorum precibus huiusq; ex sui impossibilitate renūciatione compulsus, visum nobis est eidem Ariminensi Ecclesie debere episcopum ordinari: & datis ex more praeceptis, clerum, plebēq; eiusdem Ecclesie non destitimus admonere, quatenus ad eligendum sibi antistitem concordī prouisione concurrant. Hortamur ergo vt fraternitas vestra eum quem vno consensu omnes elegerint, sicut & ipsi à nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat euocari. Quē cauta ex omnibus examinatione discutite: & si ea in eo, quae in contextu eptatici morte multata sunt, minimē domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium personarum relatione eius vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti pagina vestri, addita quoq; testificationis epistola destinate, quatenus eidem à nobis Ecclesie, disponente domino, consecretur antistes.

De episcopo qui per infirmitatem in hebetudinem mentis inciderit. Cap. CXC.

VT si quis episcopus in infirmitate aut in aliquam hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit, ea quae episcopis operari cōueniunt, presbyterū agere non permittat, sed episcopum, qui vicinus est vocet, cui quod in Ecclesia agendum fuerit, imponat. *Ex cōcil. Arausi. cap. 2.*